



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XIII. Bischof Norbert von Brandenburg überläßt dem Kloster Lehnin zwei
Drittheile der Zehnthebung in Rahmitz, im Jahre 1204.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

XIII. Bischof Norbert von Brandenburg überläßt dem Kloster Lehnin zwei Drittheile der Zehnthebung in Nahmitz, im Jahre 1204.

In Namiz duas partes decimarum dedit Norbertus Episcopus Brandenburgensis. Anno 1204.

Altes Verz. Lehniner Urk. — Gercken VII, 329.

XIV. Markgraf Otto II. vereignet dem Kloster Lehnin die von Hermann von Plotho, Heidenreich von Elboy, Otto von Ziesar und dem Ritter Hoolf gekauften Besitzungen zu Wachow, i. J. 1204.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Otto, dei gratia Brandenburgensis Marchio. Largioris munere recompensationis diuine gratie nos donari speramus, si ea, que a persona nostra uel a degentibus sub dominio nostro liberaliter conferuntur seu etiam emptionis titulo in monasteriorum usus transferuntur, perpetuo mansura litterarum testimonio firmamus. Pateat ergo omnibus tam futuris quam presentibus cristi fidelibus, quibus hoc scriptum innotuerit, Hermannum de plothe, susceptis tamen triginta marcis a fratribus de Lenin, ob remedium anime patris sui beneficium uille Wachowe, quam a me in feodo tenebat, consensu heredum suorum tali sub conditione michi resignasse, ut eam claustro lenin perpetualiter possidendam conferrem. Redemerunt quoque in eadem uilla prefati cenobii fratres beneficium octo mansorum ab heidenrico milite de elboi uiginti nouem marcis puri argenti, ab ottone de Segesere duorum mansorum beneficium duodecim marcis. Redemit insuper Conradus de borch consentientibus sibi heredibus suis ex parte claustri sex mansorum beneficium et hereditatem quinquaginta marcis argenti examinati, quarum decem fratres persoluerunt, ab hoolfo milite et decima uille plothe, qua eundem hoolfum inbeneficiauit. Quam siquidem uillam traditis michi uiginti marcis a fratribus prememorati cenobii, ut eidem conuentioni et oblationi assensum preberem, deuota mente offero beate marie uirgini in lenin uidelicet cum nemoribus, agris, pascuis, pratis et dimidietate stagni, quod uillam goliz et wachowe interfluit, quin immo et cum totius utilitatis prouentu debitoque obsequio et quicquid iuris nostri in hac predictae uille possessione esse uidebatur. Preterea ut jam dictum monasterium hec, que pretaxauimus, illibata possideat, sigilli nostri inpressione roborare, testificationem fidelium uirorum adhibendo curauimus, quorum nomina sunt: Norbertus brandeburgensis episcopus, Henricus prepositus de brandeburch, Burchardus sacerdos de nidecim, Sifridus burgrauius de brandeburch, Badericus frater eius, Richardus de lindowe, Henricus dapifer, Henricus pincerna. Actum anno incarnationis domini M^o. C^o. III^o. Indictione VI^a.

Aus dem Originale des Geh. Staatsarchives.

Ann. Das alte Lehniner Verzeichniß gedenkt dieser Urkunde mit den Worten:

Villa Wachou, quomodo sit empta et collata ecclesie Lenyn in priuilegio Ottonis Marchionis, Anno 1204. Gerckens Cod. VII, 334.